

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

De Personis Ecclesiasticis, Earumque statu, Dignitate, munere, &  
Immunitate

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 8. De poenali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61816](#)

literæ Rubrica indicat. Neque enim verbis inhærendum ita, ut mentem legis perdamus. *I. Non dubium. C. de leg. I. Scire. I. Contra. & eod. Salas q. 97. d. 21. sect. 5.*

V. Colligitur autem legislatoris mens *I. ex eo*, quod præcipitur: illi enim porissimè accommodanda verba sunt, sic in *c. Inter corporalia. De translat. Episc.* exponitur, ecclesiam dici viduatam, licet habeat episcopum, sed non consecratum, vel inutilem. Item in *t. si verd. & Locati* verbum *donationis* per verbum *translat. tionis declaratur* materia sic exigentie. *2. ex fine legum intrinseco*, qui debet esse rationi conformis, & æquitatis. Quod quia subinde in verbis non apparet, ad mentem, & voluntatem auctoris recurrendum est. *3. ex comparatione aliorum iurium*, vel consonantium, vel repugnantium. Denique ex motivis extrinsecis, & circumstantiis temporum, locorum, necessitatis, postulationis, & similibus. *v. Suar. I. 6 de leg. c. 1 num. 7 & seq. Sily. v. Interpretation. 6 Eberh. in Lo. A ratione legis larga. Laym. I. Tract. 4. c. 8.*

## §. 8.

## De lege Pœnali.

I. **E**gem pœnalem voco, non quæcunque gravis & odiosa est, sed quæ ex voluntate ductoris sui pœnam annexam habet transgressoribus subveniendam: qualis est hæc *12. Tabular. ut si iudex arbiterue jure datus pecuniam ob rem iudicandam accepisset, capite pœnas lueret. Et illa. Ut qui falso testimonium dixisset, è saxo Tarpeio deiiceretur. Item, qui iniuriam alteri faxit, 25. aris pœnas sumpio.* sed quia non o-

mnes eiusdem generis sunt, sed aliae ci-  
les, aliae ecclesiasticae; de his omnino  
certum est, aliquando ad culpam obliga-  
re, velletiam supponere, puta, quæ sub  
excommunicatione, aut suspensione in-  
curreret feruntur: de illis Auctores dis-  
sentient, an semper obligent conscientiam, ita ut transgrediens præter pœnam  
etiam peccati reus fiat: *Azor. I. 6 c. 6*  
*Diana par. I. Tract. 10. Resol. & Castro I. 1 de*  
*lige pœn. c. 8 Suar. de leg. I. 5. c. 3. Beccanus c. 7.*  
*q. 2. Regin. I. 13. c. 26. Laym. I. I. Tract. 4. c. 15.*  
*num. 5.*

II. Probabile est, leges civiles, quæ sub pœna præcipiunt, in dubio non obligare conscientiam. Ita ex antiquis *Iason in I. 2. C. de iure Emphyt. n. 143 Lud. Gomez in c. 2. de Conflit. in 6 n. 60. Imola in c. 2 de maior. & obed. Decius in c. Nam concupiscentiam. lect. 1 Gerfon de vita Spirit. lect. 4 & alii apud Sanchez. I. 6 Moral. c. 4 nu. 57. præcipue Na- var. c. 23 num. 55. qui pro ratione adfert, Primo, convenient & humanæ leges ad pec- catum mortale obligantes paucæ sint, ne conscientia gravetur, scrupuli auge- antur, & timores. Secundò, multi DD. in quibus *Imola, Felinus, & Caietanus* tenuen- runt, nullas leges, quamvis temporalem pœnam non statuant, quatenus humanæ sunt, ad peccatum mortale obligare, si scandalum, & contemptus absit. Tertiò, quia ex duobus oppositis qui affirmat unum, alterum negare videtur: legislator itaque, qui ad æternam, & temporalem pœnam obligare potest, hanc interrogando illam videtur excludere. Denique con- suetudo antiqua non aliter interpretata est leges sæculares, de quarum transgres- sione non solet scrupulus conscientia doctis, vel indoctis fieri; nec confessarii,*

D

aut

aut cuiusvis alterius ordinis homines aliter sentiunt, quām non peccari graviter, nisi cum humanā lege simul divina violeatur. Hanc Navarri opinionem p̄clarēt̄, & corroborat Ferdinandus Vasquius l.1. Controvers. illust. c.19.

Quocirca minimè audiendus est *Sato*, quilo cit. opinionem hanc vulgi errorēt̄ vocat, cūm si doctorum virorum, & probabilis etiam illorum iudicio, qui priorem pr̄ferunt, & sententur aliquas leges dari, quæ ad nullam culpam, sed solam pœnam obligent, quod exempla Ordinum Religiosorum probant. *Salas lo. cit. Bar. n. 62 a. 3. Suarez. l. 56. 4.*

Malum nihilominus improbabilem, aliqui simul periculosam esse existimant. *Soto. l. 1 q. 6 ar. 5. Carbo. l. 7 disp. 5. & alii releti apud Dianam Tract. 10. de leg. Resol. 17. Villalobos in Sum. Tom. I. Tract. 2 de 22 art. 18 Niudem. de Florentia. specul. Confessor. c. 53. Miranda in Manuali Prelat. Tom. II q. 25 art. 18 Reginald. in Praxi. l. 15 c. 6 sect. 5. *Valentia. II q. 5 pun. 6. Azor. I. l. 5. c. 6 q. 4. Filiius. Tract. 21c. II num. 420. Tanner. IUDIS. s. q. 6 n. 59. Salas de leg. q. 56 sect. 5.**

III. Tria sunt pœnatum genera, quæ legibus decerni solent. Primum eorum, quæ nullam actionem rei, aut iudicis requirunt, ut privatio beneficii, depositio, excommunicatio, irregularitas. Secundum illarum, in quibus aetio, & passio miscetur, cuiusmodi est sui ipsius flagellatio, exilium, & similia. Terrium illarum, in quibus passio est delinquentis, exequentis vero aetio, ut contingit in mutilatione, suspendio, & similibus. Nunc quæstio est, 1. quando ad pœnam lex, aut Canon obligat? 2. quando obliget ad

pœnam ultroneam, ante, vel post condemnationem aut declarationē iudicis? *Ostiens. l. 5. Rubr. de pœn. Silv. v. Pœna. n. 1. Tholos. l. 31 c. 5. Suar. l. 5. de legib. c. 5. Revolutione hæc est.*

IV. Lex pœnal is non obligat ad pœnam anterentiam iudicis in his tribus casibus. Primo, cum verba futuri temporis sint. Excommunicetur, suspendatur, & similia. Secundo, cūm minantur pœnam, dicendo; ex causse. Sub pœna dupli, quadruplici. Tertio, cūm loquuntur per modum imperativi, anceps sermo est, & judicandum ex materia, circa quam mandat ualiquid. Nam si per aliud exercenda aetio sit, puta, Privetur, Deponatur, sententia iudicis requiritur; si autem fuerit esse actus aliquis, quem legislator per legem suam efficere possit, s̄pē ante omnem iudicis sententiam obligabit, v.g. subiaceat, incurrit, & similia. Huins generis est privatio beneficii, inhabilitas &c. *Azor. I. l. 56. 7 q. 4. 6. 6. 9. Reginald. l. 13 c. 26 n. 276. Navar. c. 23 num. 66. & seq. Filius. Tract. 31 c. 1 n. 21. Bannez de iust. q. 62 ar. 3. con. l. 4.*

V. Leges Ecclesiasticae, quæ propter culpam ipso facto privant aliquem omni titulo, aut dominio officii, vel beneficii, statim obligant in conscientia, neceperanda est sententia condemnatoria, vel declaratio iudicis. 1. *Licet Canon. 14. de elect. in 6o. Cupientes. eod. Extrav. Ambitiose de reb. Eccl. normali. Azor. I. l. 5 c. 6 & 7. Suar. rezl. 5 de leg. c. 5 n. 8. Roder. Tom. I. q. 6 art. 16. Laym. l. 1 Tract. 4 c. 15.* Quod vel ex eo colligitur, quia eiusmodi pena post condemnationem iudicis retro trahitur ad diem commissi criminis, puta, in confis-

catione

catione bonorum propter hæresin im-  
posita c. secundum leges. de heret. in 6 Bern.  
Diaz. c. 15.

Contrarium multi docent apud Bar-  
bosam relati in inc. Quam in Ecclisiarum. de  
Constitut. Quam opinionem præclarè  
Iesus explicat. c. 29 dub. 8. addens clau-  
sulam, absque alia declaratione, quando le-  
gi coniungitur, intelligendam esse de de-  
claratione, quâ declaretur, pœnam in-  
collam esse, non autem, qua declaretur  
crimen commissum esse. Quæ exposi-  
tio ut ut videatur excogitata, & violenta,  
ipso tamen usu confirmatur. Ita enim  
sunt receptæ eiusmodi leges, ut ante de-  
clarationem criminis possessores non re-  
neantur resignare officium, aut benefi-  
cium. Imò usus habet, ut nisi executio  
fiat per sententiam, ut, ut per eam non  
solum declaretur crimen, sed etiam reus  
privetur beneficio, vel officio, non cen-  
seatur omnino privatus. Unde leges ille-  
quæ statuant, ut beneficium ipso iure va-  
cet in Extrav. Ambitiose. de reb. eccl. non a-  
lien. non videntur receptæ in illo rigore,  
ut sponte teneatur se reus spoliare. Ita ex  
Cavar. Leß. lo. cit.

Si queras, quam ergo vim habeant  
leges, & Canones, quæ pio jure, vel de  
facto privatos officio, vel beneficio de-  
nunciant? Respondeat, efficeret, ut pos-  
sessor statim amittat titulum, nec amplius  
sit dominus beneficii, retinere tamen  
possessionem, qua privati nequeat, nisi  
causa cognita. ut Glo. docet in c. Licit episco-  
pus. 28. de præbend. in 6 & contra Alf. à Castro  
latius explicat Azor Tom. I. l. 5 c. 7 §. Verum  
contra. Fill. Tract. 21 n. 423. VVadingus  
disp. 8. d. 2 §. 3.

Multum diversa ratio est centuratum

Ecclesiasticarum, excommunicationis,  
suspensionis, interdicti, & irregularitatis  
quia secum trahunt executionem, abs-  
que omni cooperatione rei, privando il-  
lam bonis, quibus se indignum fecit. c.  
Pastoralu de appell. Navar. 1.5 Consil. 2 de  
raptor. Suar. V. disp. 6 lect. 1 & 2 item disp. 13  
sect. 2 Tolet. l. 1 c. 11 n. 11 & seq. Em. Sa. v. Pœ-  
nan. 1. Et uberior tradetur in Par. 3 tit. Escob. 4.  
Tr. 1 Exam. 1 c. 6.

VI. Damnatus ad corporalem pœ-  
nam, mortis v.g. aut mutilationis mem-  
brorum, non teneat illam perse ipse  
exequi: sed eas tantum, quæ sine crudeli-  
tate fiunt. Caiet. 2.2. q. 62 art. 3 Sotol. 1 de  
iustit. q. 6 ar. 6 Roder. Tom. 1 q. 6 ar. 16 Carbo.  
1.8 diseg. disp. 9.

Neque enim permisum est cuiquam,  
sibi ipsi vitam adimere; neque humani-  
tas patitur, ut à ludice executoris vices  
reο committantur. In aliis vero pœnis,  
cuiusmodi est moderata sui ipsius flagel-  
lario, exilium, & similia, usus obtinuit,  
ut absque alterius ministerio, & coope-  
ratione exerceantur. Idem & multò  
magis de pecuniariā pœna dicendum,  
quando iuste exigitur. Covar. in Epit. par.  
2 c. 6 §. 8 Azor 1.5 c. 18 q. 6 Navar. c. 2 §  
n. 66 Laym. l. 1 Tract. 4 c. 15 Reginald. l. 13  
num. 276 Card. Tusclus lit. P. Concl. 236  
& 238 Castro. l. 2 delege pœn. c. 8. & 9.  
Sanchez. l. 2 Moral. c. 22 num. 7 Bannez. de  
iust. q. 69 ar. 4.

VII. Quando lex cum additione pœ-  
nae prohibet actum, qui nihilominus va-  
lidè fieri potest, si invalidè fiat, non de-  
betur pœna. Exempli gratia. Prohibita  
Titio est venditio agri, vel domus, addita  
pœna, si vendat illam Titius: contractu  
quacunque ex causa irrito non incurrit



pœnam: quoniam eiusmodi leges respiciunt substantiam actus, & propterea pœnam statuant. Sublatâ igitur ipsius substantiâ, & valore reliqua concidunt. **L**imita nisi lex non iuris effectum, sed factum tantummodo, & animum operantis respiciat. Tunc enim pœna incurrit etiam ex invalido actu. Pari modo. Si Sacerdos excommunicatus, quamvis invalidè absoluat aliquem irregularitatem contrahit, quia Ecclesia mensest. Irregulariter fieri, quicunque in excommunicatione administrat aliquid Sacramentum. *Glos. l. Quid ergd. 13 §. Cum au-*  
*tem. x. de hū, qui not. infam. Avila de Censurā.*  
*Par. 7 disp. 9 sect. 2 dub. 3 Sanchez l. 3 de Ma-*  
*trim disp. 6 l. 5 Moral. c. 4 n. 10 Suar. l. 5 de*  
*legib. c. 20 & Tom. V. disp. 11. sect. 2 nu. 12 &*  
*sect. 3 n. 1 Toletus l. 16. 72.*

**VIII.** Quando lex ecclesiastica actum aliquem irritat, & transgressor pœnam irrogat, illam transgrediens incurrit, et jam sibi actus irritus fuerit. Sic in *Conc. Trid. S. β. 14 c. 1.* Matrimonium clandestinum irritatur, addita pœna arbitriâ à Iudice infligendâ omnibus illis, qui ausi fuerint contrahere. Similiter in *l. 1 C. de sepulcr. violatoribus.* dicitur, eum, qui rem sacram vendit, quamvis venditio non libelstat, læsa religionis crimen incurtere. *Ratio est,* quoniam id genus pœna non irrogatur propter invaliditatem actus, sed propter inobedientiam; & transgressionem subditi, qui idcirco reatum pœna contrahit, quandounque legem temerè violat, *Suar. l. 5 de leg. c. 34 n. 6.*

**IX.** Dubium est, an quæcunque lex actum irritat, in conscientia obliget ad non faciendum illum? Non obligare semper, exempla quadam docent, Nam

1 venditio fundi dotalis ab uxore facta etiam consentiente marito, invalida est, non tamen prohibita eatenus, ut conscientiam liget. *Thslos. l. 9 Syntagm. c. 2. 2 Mol. disp. 4: 8.* 2. Irrita censetur renunciatio paternæ hereditatis, quam filia, cum nuptui datur, facit, quæ tamen renunciando nihil peccat, cum cedere jure suo possit. *l. pactum dotat. C. de collat. Mynsin. Conf. 10.* Vnde colligitur eiusmodi leges propterea non obligare conscientiam, quia legislatoris mens est, non imponere onus, sed conferre beneficium illis, qui minus consulto alienant bona sua, quibus ut si sui melius foret. *Laym. l. 1. Tract. 4 c. 16 Salas. q. 96 d. 15 sect. 6.*

X. Quætitur etiam, an unquam lex civilis, vel ecclesiastica cum periculo vita amittendæ obliget? Communi sensu assentunt DD. obligare cum periculo vita in duobus casibus. **P**rimo, quando periculum intrinsecè connexum est legi, ut si mœnia transcendere vel pugnam in eundam militibus dux præcipiat. **S**econdo, cum ab extrinseco provenit, exempli gratiâ, ab hoste, qui mortem minatur, nisi in contemptum Dei, aut Religionis violes sabbatum. In his, & si qui similes evenire calus possunt, bonum commune privato anteferendum, & mors præeligenda potius est, quam Deus & Religio violanda. Alias existimandum non est, magis obligare leges humanas, quam divinas, & naturales quærum multæ cum tanto incommodo non obligant. *Innot. Panorm. in e. sacris de hū, que vi metusue cau. S. Tho. quod l. 11 art. 9. ad 3. Gabr. in 4. dist. 18 q. 3 art. 3 dub. 4. Maior dist. 14 q. 4 Dom. Soto l. 1 de iust. q. 6. art. 4 Greg. de Valent. q. 5 pun. 6 Medina. q. 96.*

q.56.art.4.Silv.v.Metus Azor 1.l.5 c. v. q. | tum imponeretur.Suar.l.3 c.30 Roder.1. q. |  
1.Vasq. disp. 161 c.2.Suarezl.36.30 Carbo l. | 44.art.1 & Tom.11.q.22.art.8 Vasqu. disp. |  
7 Disp. 6 Tanner.in 1.2 Disp. 5 q. 6. Roderic. 1. | 191 Tanner.lo.cit. Conimk 3p.t.2. Disp. 13. |  
q.67 art.4 Laym.l.1 Tr.46.14 Eman. Sz. v. | dub.12. |

Lex n.1 Salas q. 96 Disp. 11 sect.1.

Hinc sequitur I. subditum in gravi & præter expectationem exerto periculo, si ad Principem non sit aditus, tunc agere contra ipsius mandatum posse. Ita Roder. lo.cit.

2. Si parochis ab Episcopo præcipiat, ut pestis tempore non fugiant, sed in ecclesiis suis persistant, manendum illisetiam cum periculo vitae esse. Ad hoc enim cura pastoralis illos obligat. Salas q. 69 disp. 11. sect. 1. Fil. 2. tract. 3 c. 9. n. 98. Pta. sec. P. 2. c. 3. n. 24.

3. Si Episcopus mandet visitatoribus, ut in munere suo exequendo constanter agat, licet per diœcesin hæretici graffentur, id ipsis contemptu vita periculo faciendum esse.

4. Si Lutherani in odium Religionis Catholice, & monastice, minarentur mortem monacho, nisi deponat habitum suum, subeundam potius illi morte esse, quam habitum deponendum, iuxta sententiam Arragonii in 2.1da qu. 62 §. In quarto.

5. Quæ haec tenus de obligatione ciuilium, & Ecclesiasticarum legum dicta sunt, cum debitâ proportione accommodanda sunt mandatis parentum erga liberos, maritierga uxorem, domini erga servos, denique aliorum superiorum erga subditos, in iis casibus tantum, quibus ratione status, & conditionis suæ ad parentum obligati sunt. Nec excipiendi Regulares sunt, quibus pro occurrente necessitate à superioribus grave manda-

tum imponeretur. Suar.l.3 c.30 Roder.1. q. | 44.art.1 & Tom.11.q.22.art.8 Vasqu. disp. | 191 Tanner.lo.cit. Conimk 3p.t.2. Disp. 13. | dub.12. |

## S. 9.

## De Consuetudine.

I. **C**onsuetudo propriè dicta, quæ nimirum legi æquivaleret, est *tus moribus institutum*, quod pro lege suscipitur, cum lex deficit. Isidor. rela. dist. 1 c. Consuetudo. Explico. Dicitur i. ius, ut distinguatur à consuetudine facti, & cæ, quæ consilium est. 2. Moribus institutum, idest, acquisitum frequentatis actibus. Nam neque una hitudo ver, neque unus actus consuetudinem facit. 3. quod pro lege suscipitur. quâ nimirum populus, & communitas utatur, quemadmodum aliis legibus, quibus subditi obligantur. 4. Cum lex deficit. Nam si de eadem re lex fuerit, non habet locum consuetudo, nisi forte ad confirmandum, aut interpretandam legem serviat. Sil. Armilla v. Consuetudo Reginald. l. 13 tr. 2. 41 Vallenfist. 1 paratit. T. 4. Barb. ad T. De Consuetudine &c. Axiom. 56.

2. Dividitur consuetudo 1. in generalem, & particularem. 2. in eam, quæ versatur circa res, & eam, quæ versatur circa personas 3. in eam, quæ est secundum legem, præter legem & contra legem. 4. in Canonicam, & civilem, eo modo, quo ius ipsum dividitur. 5. in bonam & malâ: rationabilem, & irrationabilem. 6. in permissem, & non permissem, probatam & reprobatam. 7. in præscriptam, & non præscriptam. Quæ enim bona est, in multis cum præscriptione convenit. Differt

D 3 autem